



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6. Vtrum fuerit distincta per diuersos habitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

habitualis cognitio infinitorum, ut possit exire in actum tali modo, scilicet numerando cognita unum post aliud: quoniam non sic est in potentia et actum consummandum, sed ad actus inconsumabiles. Maluit tamen Auctor alia via foluere, hoc est ex parte uoluntatis, quae est reductiua habitus de otio in operationem, &

ipsa, & haec fuit perfectissima simpliciter, & talis cognitio non fuit habitualis, sed actualis respectu omnium, quae hoc modo cognouit. Alia autem cognitio fuit in Christo, secundum modum proportionatum humanae naturae, prout scilicet cognouit res per species sibi diuinitus inditas, de qua cognitione nunc loquimur. Et haec cognitio non fuit simpliciter perfectissima: sed perfectissima in genere humanae cognitionis: unde non oportuit, quod esset semper in actu.

¶ Super quaestione prima articulum sextum.

Titulul clarus est. De scientia si quidem infula quaeritur, an sit infula Christo in unica specie seu habitu, an in diuersis. Et rō duobus, excellentia magna talis scientia infula anime Christi.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsitio. Scientia indita anime Christi fuit distincta secundum diuersos habitus. Probatur. Habitus scientia diuersificatur in nobis ex diuersitate generis scibilis, sed respectu scientia indita anime Christi inueniuntur diuersitas generis scibilis. ergo scientia indita anime Christi distinguitur in diuersos habitus. Maior probatur ex i. Polit. Minor quæ non nisi implicite ex litera habetur, hoc est in sua probatione, probatur in litera sic. Connaturale est anime humane, ut recipiat species in minori uniuersalitate, quam angeli, ita scilicet quod diuersas naturas specificas per diuersas species intelligibiles cognoscat. Sed scientia indita anime Christi habuit modum connaturalem anime humane. ergo scientia indita anime Christi est distincta per species intelligibiles secundum diuersitatem naturarum specificarum. Hoc autem nihil aliud est, quam scientiam talem respicere diuersa genera scibilia: nam si diuersificatur secundum diuersas naturas specificas, multo magis distinguitur secundum diuersa genera scibilia, cum minor sit distinctio per genera scibilia, quam per specificas naturas: quoniam sub uno genere scibilibus comprehenduntur multe naturae specificae, ut patet ex supra dictis.

¶ Et scito, quod cum hic dicitur species intelligibiles oportere diuersificari secundum diuersas naturas specificas, intelligendum est de naturis proprie, hoc est substantiis, nam per unam & eandem speciem infulam intelligit anima Christi substantiam & proprietates accidentiaque eius. Rursus, non ita intelligas species intelligibiles infulas de articulo ad naturas specificas, ut præcise representent eas & non principia indiuiduantia, ut faciunt species intelligibiles abstractæ a phantasmatibus, & qua-

les fuerunt species infula primo homini: quoniam species infula anime Christi, sunt non per accidens: sed ex suo genere infula, & ita ad naturas substantiarum specificas arctantur. ut simul indiuidua earum ostendantur distincte, alioquin aut non nouisset hæc scientia omnia, aut infinite species ponerentur, quorum utrumque esse fallum monstratum est.

¶ Circa hanc doctrinam iunctam responsioni ad primum dubium superius referuntur ex Scot. in 3. sentent. dist. 14. q. ult. uolente, quod species intelligibiles infula anime Christi fuerunt perfectissimæ, quia sicut ponitur anime Christi collatum esse gratia summam possibilem creature, ita probabile est infula esse sibi spes perfectissimas, & nobilissimas, per quas perfectissime nouit habitualiter res cognitione abstractiua.

ARTICVLVS VI.

Vtrum hæc scientia fuerit distincta per diuersos habitus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod in anima Christi non fuerit nisi unus habitus scientia. Quanto enim scientia est perfectior, tãto est magis unita: unde & angeli superiores per formas magis uniuersales cognoscunt, ut in prima parte dictum est: * sed scientia Christi fuit perfectissima. ergo fuit maxime vna. Non ergo fuit distincta per plures habitus.

¶ 2. Præ: Fides nostra deriuatur a scientia Christi: unde dicitur Hebr. 12. Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum: sed vnus est habitus fidei de omnibus credibilibus, ut in 2. parte dictum est. * ergo multo magis in Christo non fuit nisi unus habitus scientia.

¶ 3. Præ: Scientia distinguuntur secundum diuersas rationes scibilibus: sed anima Christi omnia sciuit secundum unam rationem, scilicet secundum lumen diuinitus infulum. ergo in Christo fuit tantum vnus habitus scientia.

SED CONTRA est, & Zach. 3. dicitur, quod super lapidem vnū, id est, Christum sūt septem oculi:

naturalem anime humane, scientiam autem infulam modificari ponitur in litera ad naturalem modum anime humane, & ideo species eius intelligibiles esse minus uniuersales, ac per hoc minus perfectas, quam species angelorum: respondendum est ex responsione ad primum in ar. præced. quod uisio beata & hmoi, sunt de ordine connaturalium soli diuinae naturae, ac per hoc superexcedentium modum cuiuscumque nature create. Et propterea non articulantur aut modificantur ex modo naturali anime uel angeli. Scientia autem infula est de ordine connaturalium creaturis scilicet angelis, & animabus nostris in statu separationis, ac per hoc est de ordine proportionatorum modo humane nature, & propterea merito ponitur ipsam modificari & de articulatione, iuxta connaturalem modum humane nature, ac per hoc, ut in litera dicitur, ponitur species ipsius esse minus uniuersales & imperfectiores, quam sunt species angelicæ. Cum qua tamen imperfectione specierum itat, quod scientia infula anime Christi, quo ad euidetiam, certitudinem, multitudinemque cognitorum sit perfectior scientia angelica, per excellentiam lumen, ut prædictum est. ¶ In responsione ad tertium eiusdem art. 6. nota, quod sicut Aristoteles posuit, ad intellectionem nostram concurrere tria, scilicet in sua specie intelligibili, & intellectum possibilem elicientem intellectionem, & lumen intellectus agentis, quo clarent immediate principia, & illis mediantibus reliqua. Concurrere enim intellectum agentem non solum ad generationem specierum

intelligibilem, sed etiam ad faciendam evidentiam cognitorum ex eo patet, quod ipse, ut inquit Averrois in proemio de anima, est causa primarum propositionum proculdubio quo ad evidentiam, & consequenter reliquarum, mediantibus illis primis, ita proportionabiliter auctor ponens scientiam altioris ordinis in anima posuit species altioris ordinis & lumen altioris ordinis, sub quo clare cognoscantur ea, quae per species infusae representantur. & propterea in littera dicitur, illud lumen commune est omnibus reuelatis, sicut lumen intellectus agentis, & est medium sub quo species autem intelligibilis est medium in quo res representantur.

Super questionis duo decima articulum primum.

Trulus clarus est.

In corpore articuli unica est conclusio responsiva quae dicitur, Anima Christi per scientiam acquisitam sciuit omnia illa, quae possunt per actionem intellectus agentis fieri. Probatur ex proportionali similitudine inter scientiam infusam respectu intellectus possibilis, & acquisitam, respectu intellectus agentis: nam sicut illa ponitur propter perfectionem potentiae intellectus possibilis, ita ista propter contentiam potentiae actus intellectus agentis. Et ideo sicut illa se extendit ad omnia, ad quae se extendit possibilis intellectus potentia, ita ista ad omnia, quae potest intellectus agens facere.

In responsione ad primum & secundum simul dubium ex Durando in 3. Sent. distinct. 14. quae 10. neq. occurrit, arguitur directe contra utramque responsionem. Primo, contra secundam, dicens, quod ex visione corporum celestium nullus potest comprehendere uirtutes eorum, sed potius experientia effectuum. Deinde contra primam dicens, quod experientia non parit scientiam nisi rerum experiarum, & consimilium secundum speciem: quoniam sic ex multis sensibus

per oculos autem scientia intelligitur, ergo uidetur, quod in Christo fuerint plures habitus scientiae.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, scientia indita animae Christi, habuit modum conaturalem animae humanae. Est autem connaturale actus humanae, ut recipiat species in minori uniuersalitate, quam angeli, ita scilicet, quod diuersas naturas specificas, per diuersas species intelligibiles cognoscatur. Ex hoc autem contingit, quod in nobis sint diuersi habitus scientiarum, quia sunt diuersa scibilia genera, in quantum scilicet ea, quae reducuntur in unum genus, eodem habitu scientiae cognoscuntur, sicut dicitur in primo. Postea, quod una scientia est, quae est unius generis subiecti. Et ideo scientia indita animae Christi, sicut distincta secundum diuersos habitus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, scientia animae Christi est perfectissima, & excedens angelorum scientiam, quantum ad id, quod consideratur in ea ex parte Dei influentis: est tamen infra scientiam angelicam, quantum ad modum recipientis. Et ad huiusmodi modum pertinet, quod scientia illa per multos habitus distinguatur, quasi per species magis particulares existens.

AD SECUNDUM Dicendum, quod fides nostra innititur prime ueritati, & ideo Christus est auctor fidei nostrae secundum diuinam scientiam, quae est simpliciter una.

AD TERTIUM dicendum, quod lumen diuinitus infusum, est communis ratio intelligendi, quae diuinitus reuelantur, sicut & lumen intellectus agentis eorum, quae naturaliter cognoscuntur. Et ideo oportuit esse in anima Christi proprias species singularium rerum, ad cognoscendum cognitione propria unumquodque. Et secundum hoc oportuit diuersos esse habitus scientiae in anima Christi, ut dictum est.

QVAESTIO XII.

De scientia animae Christi acquisita, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de scientia animae Christi acquisita uel experimentaliter.

A sit memoria, & in se experimentum, & inde uniuersale, quod est principium artis & scientiae (ut dicitur in proemio Meta. j.) non ergo ex quibusdam expertis Christus uenit in notitiam omnium, ut in littera dicitur.

Ad primum horum dicitur, quod Durandus uoluit esse cunctam in littera non dicitur, quod ex sola uisione corporali corporum celestium Christus comprehendere celestia: sed expressè se praemittit in hac ipsa responsione ad secundum ibi, Per modum praedictum scilicet per experientiam, & subditur statim exemplariter. Sicut uidendo, &c. Est ergo sermo litterae de uisione experimentaliter, & non de uisione absolute.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

- ¶ Primo, utrum secundum hanc scientiam cognouerit omnia.
- ¶ Secundo, utrum in hac scientia profecerit.
- ¶ Tertio, utrum aliquid ab homine didicerit.
- ¶ Quarto, utrum acceperit aliquid ab angelis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod secundum hanc scientiam Christus non omnia cognouerit. Huiusmodi scientia per experientiam acquiritur, sed Christus non omnia expertus est: non igitur omnia secundum hanc scientiam sciuit.

¶ 2. Praet. Homo scientiam per sensum acquirit: sed non omnia sensibilia sensibus corporalibus Christi fuerunt subiecta. non igitur secundum hanc scientiam omnia cognouit Christus.

¶ 3. Praet. Quantitas scientiae attenditur secundum scibilia. Si igitur secundum hanc scientiam Christus omnia sciuisset, esset in eo scientia acquisita aequalis scientiae infusae, & scientiae beatae, quod est inconueniens. non ergo secundum hanc scientiam Christus omnia sciuit.

SED CONTRA est, quod nihil imperfectum fuit in Christo quantum ad animam. Fuisset autem imperfecta haec eius scientia, si secundum eam non sciuisset omnia: quia imperfectum est, cui potest fieri additio. Ergo secundum hanc scientiam Christus omnia sciuit.

RESPON. Dicendum, quod scientia acquisita ponitur in anima Christi (ut supra dictum est) propter conuenientiam intellectus agentis, ne eius actio sit otiosa, quae facit intelligibilia in actu: sicut & scientia indita uel infusa ponitur in anima Christi ad perfectionem intellectus possibilis. Sicut autem intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, ita intellectus agens est, quo est omnia facere: ut dicitur in 3. de anima. Et ideo sicut per scientiam inditam sciuit anima Christi omnia illa, ad quae intellectus possibilis est quocumque modo in potentia, ita

Tertia S. Thoma.

Lib. 3. de anima text. 18.

H 3 possunt